



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtvte Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione  
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

[Prooemium.]

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](#)



OPVS MORALE  
DE VIRTVTIBVS.  
ET VITIIS CONTRARIIS,  
SECVNDA PARS;

De virtute Religionis, eīque annexis.

TRACTATVS VII.  
RELIGIONIS,  
QVI E S T  
DE ORATIONE, DEVOTIONE,  
horisque Canonicis.

PRO O E M I V M .

**E**XPLICATIS Theologicis virtutibus, moralium naturam debemus inuestigare. Et quia inter virtutes morales præcipuum locum obtinet religio, utpote quæ Deum, ad quem omnes referuntur, propinquius respicit, de ea primò instituimus sermonem. Habet religio plures actus, quibus Majestas diuina colitur, & honoratur. Alij sunt potius interni quam externi. Alij contra potius externi, quam interni. Internos voco cum D. Thom. qua<sup>st</sup>. 81. & 82. deuotionem, & orationem, quæ est præcipuus religionis actus; siquidem ipso protestamus Deum nobis esse superiorem, & dominum, ab ipsoque pendere, ipsiusque fauore indigere. Sub oratione continetur laus, & gratiarum actio: quia secundūm D. Thom. qua<sup>st</sup>. 83. art. vlt. gratiarum actio pars est orationis, & laus petitioni miscetur. Huic annexatur votum: quia ipso profitemur nos velle Deo, ut superiori, & Domino semper inseruiri: quæ protestatio sine dubio est verus Dei cultus. Eadem ratione annexatur iuramentum, quo Deum testem infallibilem veritatis recognoscimus. Et generaliter quilibet virtutis actus materia, & obiectum religionis esse potest, quatenus illo religamur Deo, ipsique vñimur, & debitam erga ipsum subiectionem profitemur, ut tradit S. Thom. 2. 2. qua<sup>st</sup>. 104. art. 3. ad 1. Actus religionis, qui exterius consummantur, sunt: Adoratio Deo, & Sanctis, eorumque imaginibus, & reliquijs facta: Festorum obseruatio: Oblatio Sacrificij, & primitiarum, decimarumque solutio: Reuerentia facta rebus, & locis sacris, personisque Ecclesiasticis. His annexatur Sacramentorum receptio, & ministratio; ac denique cuiuslibet Ecclesiasticæ censuræ timor, & obseruatio. Et per antithesim pertinent ad religionem omnia, quæ supradictis aduersantur. Sed quia horum omnium explicatio est præcipua pars moralis Theologiae in præsentia solum agemus de iis, quæ ad religionem magis directè pertinent. Reliqua, Deo fauente, pro sequenti volumine reseruamus.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Pars II.

A

In

## De Oratione & Devozione in communis.

### In triplicem disputationem Tractatum hunc dividitur.

In prima tracto de iis, quae ad orationem in communis pertinent.  
In secunda de iis, quae ad horas canonicas priuatim recitatas attinent.  
In tertia de iis, quae pertinent ad horas canonicas publicè recitatas.

### DISPUTATIO I.

#### De Oratione & Devozione in communis.

##### PUNCTVM I.

Explicatur essentia religionis.

- 1 Vnde dicatur religio.
- 2 Definitus religio.
- 3 Quodnam est obiectum religionis.
- 4 Quomodo distinguitur haec virtus à reliqua.
- 5 Probatur non distinguitur religionem, qua colitur Deus, ab ea  
qua coluntur Sancti.
- 6 Distingui cum communis sententia descendit.
- 7 Ob diuersas perfections Dei, & diuersa beneficia nobis collata non distinguitur religio.

**A**NTEQVAM in particulari de actibus religionis institutius sermonem, oportet explicare quid sit religio, & quotplex, & qua ratione ab aliis virtutibus distinguitur. Et primo præmitendum est, nos in praesenti non loqui de religione, prout est quidam ita, quo plures obstricti castitatis, pauperiaris, & obedientia votis congregantur in unum, ut Deo perfectius famulantur. Neque de generali statu Ecclesie Catholice, qui etiam religio Christiana dicitur, quia verum Dei cultum continet, & extra quam nullus alius est. Sed loquimus de virtute religionis, qua mouetur hunc cultum Deo debitus exhibere. Haec igitur virtus nomine religionis appellata est ab aliquibus Doctribus; quia ea, quae in Dei cultum cedunt relegata sunt, & separata a communis vnu. Aliis placet dici à relegendo; quia sapientia relegenda, & revoluenda sunt, quae ad Dei cultum pertinent, ut dixi CIC. 2. de nat. Deor. quem sequitur Idior. lib. 10. ethymol. cap. 17. litt. D. in princi. Alij existimant dici à receligendo; quia iterum Deum eligimus, quem peccando reieceramus. Sic August. de ciuit. c. 4. Sed pia omnibus Lacant, lib. 4. de vera sapient. cap. 28. veritatem artigit, dicens religionis nomen derivari à religando; quia ipsa religione nos Deo vniuersi, & religamus. Conferit August. lib. 1. de vera relig. cap. vlt. qui primam suam ethymologiam retrahit lib. 1. retrahat. cap. 13.

2. Est igitur religio virtus moralis, qua Deo tanquam omnium creatori, & Domino debitum cultum, & honorem exhibet. Sic omnes DD. cum D. Thom. quest. 8t. art. 1. Est autem virtutem dubitari non potest; siquidem eius obiectum, & materia, circa quam versatur, est cultus Deo debitus, quae est valde honestatis, rationique conformis. Quod autem ea virtus moralis, & non theologica, inde probatur; quia non respici Deum, ut immediatum obiectum, sed respicit eius cultum, & reverentiam. Item religio est pars quædam potestatis iustitiae, quia est ad alterum, scilicet Deum; cui intendit reddere debitum honorem. Ergo est virtus moralis. Quod amplius constabit ex dicendis. Cum autem dicimus officium huius virtutis esse debitum Deo cultus exhibere, non est intelligendum, quod quilibet cultus ex præcepto rigoroso debetur; sapientia enim colimus Deum, & honoramus auctus non obligatoris, sed voluntatis. Sed est intelligendum, quod in genere debetur cultus, & honor Deo exhibendos pro possibiliitate nostra, cui debito, est quod exercitium non temperatur, fit latius tum spontaneum, tum debitum honorem illi defensendo.

3. Hinc constat quodnam sit obiectum huius virtutis. Est, inquam, immediatum eius obiectum, qui liber actus, sive interior, sive exterior, quo diuinam excellenciam nobis superiorem esse protestemur. Actus vero à religione elicitus est affectus, quo hic actus honoratus intenditur. Deus autem est obiectum immediatum, cui talis actus honoratus deferatur, quod exemplo iustitiae fieri potest manifestum. Velle proxime reddere ius tuum, illasimique conseruare actus est iustitiae, cuius obiectum est ipsa redditio. Persona, circa quam redditio versatur est proximus. Ita in praesenti voluntas honorandi Deum, redditioque illi debitum cultum, est immediatus actus religionis, ipsa vero honoratio cum submissione propria est obiectum; Deus autem est persona, circa quam hoc honoratio versatur, & cuius bonum, & quasi commodum per eum intenditur.

Dices: si pote nos honorare Sanctos, eorumque imagines, & reliquias venerari, & ministris Ecclesiæ decimas soluimus, & tamen Deus per hac immediate non videtur attigi, ut persona, cui honor deferatur. Ergo religio non respicit immediatum Deum, ut personam, cui deferatur honor. Respondeo, duplicit nos posse Sanctos honorare, vel secundum propriam excellenciam, vel ut sunt tempora Dei, in eisque Deus habitate censetur. Si primo modo honoratur; eorum honoratio ad virtutem religionis non pertinet: perinde tamen si secundo modo honoratur, & tunc non tam Sancti, quam Deus honoratur, ipsaque honor deferatur. Idemque dicendum est de veneratione facta imaginis. Non enim Deus excludit ab eius veneratione, sed porius ipse est, quid in imagine veneratur. Soluto autem decimaru[m] facta Ecclesiæ ministris est quædam diuina excellencia & supremi domini protestatio: ac proinde licet xilitas temporalis illius actionis hominibus deferatur; quia tamen in protestatione diuina excellencia deferatur; ideo Deus est per illam cultus, & honoratus.

4. Ex his facile colligitur distinctio huius virtutis religionis à reliqua omnibus. Nulla enim virtus est quæ hoc modo Deum respicit. Nam Theologales virtutes Fides, Spes, & Charitas Deum alio modo respiciunt. Nam fides, respicit Deum sub ratione prima veritatis. Spes sub ratione summi boni nostri. Charitas sub ratione summi boni veritatis & propter se amabilis. At religio respicit Deum ut summè excellenter nobisque superiori; ac proinde dignum summo cultu & veneratione. Neque inde fit religiosum esse virtutem Theologalem, sicut est Fides, Spes, & Charitas: nam ad hoc ut esset virtus theologalis, debet Deum immediate ut propriam materiam attingere, sicut sibi Fides, & Spes, Charitas. Nam fides immediate credere Deum esse ipsa. Illib[er]is veritatis, spes ilium sperat possidendum, charitas amat. At religio non immediate Deum attingit, sed attingit eius cultum; quia cultum Deo propter eius excellenciam deferit: ac proinde cultus, & veneratione eius immediatum obiectum; & consequenter virtus Theologalis non est, sed ab illis distincta. Sic D. Thom. ab omnibus receperit 2. 2. quaf. 8. art. 4. & 5. Ab aliis autem virtutibus constat distinctione; quod facile videtur potest si per singulas discutamus; neque potest esse aliqua difficultas.

Et primo iustitia rigorosa distinguuntur: quia iustitia rigorosa est ad alterum cum equalitate, & religio non potest equaliter constitueri. Nunquam enim Deum ita honorabis, quin ipse maiori honore dignior sit. Secundum, ab obedientia religio distinguuntur: quia obedientia respicit conformitatem subditam cum Superiori voluntate: ut religio respicit reverentiam ipsi superiori exhibitam, exhibere autem obedientiam & cultum, quid distinctum est ab obedientia. Et licet quia obedientia alicet, dicatur largè illum dolere; at formaliter id obedientia non intendit. Tertiū differt à pietate. Quia officium proprie pietatis est, Deo debitum pro peccatis satisfactionem redere; in qua proprie non attenditur excellenter Dei. Quarto, à virtute fidelitatis & gratitudinis erga Deum diligenter, quia fidelitas respicit solutionem promissi, quia promissum est, sub qua ratione non attingitur à religione. Gratiudis respicit beneficiū accepti quasi compensationem. Ergo ab omnibus illis distinguuntur.

5. Maior est difficultas, an religio, qua colitur Deus, illi inquit à virtute religionis, qua coluntur Sancti? & ratio difficultatis est: quia charitas, quia amat Deum & proximum propter Deum amat, eadem est. Ergo etiam eadem erit religio, quia Deus & Sancti propter ipsius coluntur. Quod si dicas, non verò esse de culto, qui Sanctis exhibetur, ut sunt Dei imagines, ipsamque representant; non tamen de cultu Sanctis exhibito, ut sanctitatem habent & gloriam obtinent; quia ratione huius sanctitatis digni sunt honor, alio diffinito ab eo, quod Deus ipse honoratur. Adhuc non satisfaci; quia illa sanctitas ad Deum referatur, estque illius participatio. Ergo facta reverentia ipsi Sancto propter sanctitatem sit reverentia Deo, à quo sanctitatem accipit, & ad quem referatur. Ergo ad eandem virtutem pertinet viraque reverentia. Sicut honor exhibitus legitur Regis quatuor talis est, non est diffinitus ab eo, qui exhibetur Regi, sed ad eundem habendum spectat. Et ita tenet Massil. in 3. q. 8. art. 1. in fine, & probabile reputat Lessius lib. 2. cap. 36. dub. 3. n. 16.

6. Nihilominus rectienda est communis sententia affirmans cultum exhibendum Sanctis ob sanctitatem ipsius habentem petinere ad diuersam religionis virtutem ab ea, ad quam pertinet cultus Deo exhibitus, vel exhibitus Sanctis quia Deum representant. Sic D. Thom. 2. 2. q. 82. art. 4. & 9. 165. art. 3. Bonavent. Richard. Gabriel. Durandus, & alii in 3. q. 9. Suarez lib. 2. de habitu religionis, cap. 5. n. 4. Lessius lib. 2. 36. dub. 3. n. 16.